

Georg Heinrich Ayrer

Viro Generoso Atqve Ervditissimo Henr. Kellinghvsio I. V. Candidato Longe Dignissimo, Favtori Et Amico Svo Perqvam Colendo : [Scribeb. in Acad. Georg. Aug. Ipsis Id. Martiis M DCCXXXIII.]

[S.l.], [ca. 1743]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766276996>

Druck Freier  Zugang





II 1615²⁰.

VIRO
GENEROSO ATQVE ERVDITISSIMO
HENR. KELLINGHVSIO
I. V. CANDIDATO LONGE DIGNISSIMO,
FAVTORI ET AMICO SVO
PER QVAM COLENDO
S. P. D.
GEORG. HENR. AYRER. D.

Abis nunc igitur bonis auibus, MI IVCVNDISSIME KELLINGHVSII, ex Academia Georgia Augusta in Belgium, florentissimum illud Mercurii et Mineruae imperium, elegantiorisque iuris prudentiae domicilium auitum, non mercaturus sed expositurus eruditionis thesauros, quibus instructus esse debet summorum in utroque iure honorum candidatus. Non solum enim egregiis a natura dotibus ornatus aduenis, sed etiam ab ineunte inde aetate, prouida PATRIS OPTIMI, VIRI MAGNIFICI atque ILLVSTRIS, cuius praeclarissima vestigia premis, cura HAMBVRGI aequae ac Tremoniae literis, ab elegantia et humanitate nomen habentibus, atque arctissimo quodam quasi vinculo inter se connexis, institutus probe ac perpolitus. A Theologorum deinde scholis, in quibus iam per aliquod tempus cum laude versatus artem interpretandi pariter atque ratiocinandi sedulo excolueras, ad castra Ictorum transiens, ea TEcum attulisti praesidia, quae inter alios iuris antecessores politioris doctrinae fama celebres Trium-viri inprimis Belge celeberrimi, ANT. SCHVLTINGIUS,
VL-

V - 1675²⁰

VLRICVS HVBERVS et IOH. BARBEYRACIVS, Themidos alumns, eiu dem sacerdotio initiari atque in adita eius pede inoffenso cupientibus penetrare, orationibus olim peculiaribus tam sollicitè commendarunt. Scilicet ex illorum sententia, suafu potissimum ductuque B. HEINECCII, viri dum vita manebat, et Batavis humanioribus cari, et omnibus elegantioris Literaturae cultoribus suspiciendi, solidam masculamque iuris prudentiam sectatus, illuc omnes TVOS conatus laboresque academicos prudenti auspiciatque consilio contulisti, vt a feneritate legali Musarum amoenitates nunquam separares, sed vt linguarum, graecae imprimis et latinae, ita antiquitatis, historiarum et philosophiae, tum rationalis, tum moralis culturam cum studio iuris perpetuo nexu coniungeres, probe intelligens, hanc ipsam coniunctionem non ad ornatum modo, sed ad summam utilitatem pertinere. Quare recta incedens via, quam feliciter ad optatam perueneris metam, iam corona indicio est, quam, finito laudabili studiorum TVORVM cursu, totoque legitimo opere perfecto, Themidi suspendes, cum in sacrario ejus elaboratissimum artis criticae specimen dissertationis inauguralis loco publice propones. Est ea iuris prudentiae nostrae facies torua, an pulcra, felix, an misera, vt, quocumque vertamus, oculos, iura peregrina parisi, antiqua nouis, adhuc vigentia obsoletis usu recepta desuetudine obumbratis, immixta deprehendamus. Vt plurimum vero, quando vel lege, vel consuetudine domestica destituimur, in subsidium nobis ad ICTorum Romanorum sententias recurrendum est, quarum reliquiae corpore iuris ciuili continentur. In tam diffusa collectione non eiusdem pretii esse omnia, illi quoque fateantur, necesse est, qui nimis alias ius Rom. laudibus extollunt, nullosque plane in illo naeuos agnoscunt. Pleaque, non abnuo, sunt sapientiae plena, non pauca ex puris naturalis aequitatis prudentiaeque ciuili fontibus hausta, sed plurima ex peculiaribus reip. Rom. institutis definita; sunt pleaque plana, perspicua, manifesta; sed multa quoque obscura, tenebris inuoluta, dubia, et vel librariorum, qui saepe verborum alia traiecerunt, alia plane omiserunt, alia male inter-

punxe-


punxerunt, imperita manu, vel interpretum glossematis corrupta, atque hinc intellectu perquam difficilia, quam ipsam difficultatem facilem errori ansam praeberere, haud mirum est. Quandoquidem igitur, vti summus ille dicendi magister, in institutionibus oratoriis ait, quae consultorum responsis explicantur, aut in verborum interpretatione sunt posita, aut in recti prauique discrimine; immortales sane debentur laudes viris summis, qui leges vel obscuras ex clarioribus interpretari, vel mancas et mutilas emendare suaeque integritati restituere, vel aliis difficultatibus laborantes observationibus suis illustrare atque ope ac diuinatione artis criticae verum et genuinum illarum sensum indagare adgressi sunt. Sed quantumuis laudandum ipsorum studium, quantacunque eorum in omnem posteritatem sint merita; non ita tamen ubique rem acu tetigerunt, non ita omnem exantlarunt laborem, quin aliorum quoque, ingenio et arte valentium, industriae pluscula reliquerint. Ostendit hoc amplissimum TVVM, quod iam in lucem prodit, spicilegium, in quo variis legibus ambiguis, quae interpretibus crucem fixerunt, et hinc iam plurium Aristarchorum secturas stricturasque expertae sunt, medicam admouisti manum, iisdem subsidiis adiutus, quibus inter veteres ICTOS ANTISTIVM LABEONEM, celebratissimum illum s. etae Proculeianae conditorem, ad enodandos plerosque iuris laqueos felicitate usum esse, noctium *Atticarum* auctor testatur. Non minore TE alacritate dexteritateque interpretationes TVAS ac emendationes apud Batauos ex cathedra tuiturum esse, VIR PRAESTANTISSIME, quam ingenii acumine apparatusque doctrinae ad hanc artis nostrae partem necessariae apud nos elucubraisti, prorsus dubitare nos non sinunt plausus frequentes, quibus excipi solitus es, quotiescunque in Academiis, Halensi, Lipsiensi, et nostra etiam, quas omnes eruditionis IVAE testes habes, publice priuatimue artem disputandi exercuisti. Neque vero TE scholae duntaxat et oblectationi, sed vitae cum primis et publicae utilitati in decurrendo studiorum stadio didicisse, et mihi ex caussarum in foro controuersarum, quas TIBI pro instituti nostri
ratione

ratione subinde proposui, prompta diiudicatione perspicere li-
cuit, et breui in partibus reip. patriae TIBI concedendis ma-
nifestius omnibus patebit. Non minus laeti hoc auguramur
ac gratulabundi, quam honores proxime TIBI summo TVO
merito conferendos ex animo gratulamur. Quemadmodum
interca nobis nunquam non iucundissima erit et contubernii,
et conuictus consuetudinisque TVAE quotidianae recordatio;
ita nostri quoque memoriam TIBI absenti, nostraque omnia
fauori et amicitiae TVAE quam diligentissime commendamus.
Perge, amabo, nos amare,

Et tua dexter adi pede sacra secundo. Vale.

Scribeb. in Acad. Georg. Aug. Ipsis Id. Martiis
M DCCXXXIII.

VLRICVS HVBERVS et IOH. BARBEYRACIVS, I
alumnis, eiu dem sacerdotio initiari atque in adita eius p
fensio cupientibus penetrare, orationibus olim peculiar
sollicite commendarunt. Scilicet ex illorum sententia,
tissimum ductuque B. HEINECCII, viri dum vita ma
Batavis humanioribus cari, et omnibus elegantioris Li
cultoribus suspiciendi, solidam masculamque iurisprude
ctatus, illuc omnes TVOS conatus laboresque academi
denti auspiciatoque consilio contulisti, vt a seneritate legi
rum amoenitates nunquam separares, sed, vt linguarum
inprimis et latinae, ita antiquitatis, historiarum et philo
tum rationalis, tum moralis culturam cum studio iuris
nexu coniungeres, probe intelligens, hanc ipsam coniur
non ad ornatum modo, sed ad summam utilitatem pertin
recta incedens via, quam feliciter ad optatam perueneri
iam corona indicio est, quam, finito laudabili studi-
RVM cursu, totoque legitimo opere perfecto, Themid
des, cum in sacrario ejus elaboratissimum artis critic
men dissertationis inauguralis loco publice propones,
iuris prudentiae nostrae facies torua, an pulcra, felix, a
vt, quocumque vertamus, oculos, iura peregrina par
qua nouis, adhuc vigentia obsoletis usu recepta del
obumbratis, immixta deprehendamus. Vt plurimu
quando vel lege, vel consuetudine domestica destitu
subsidium nobis ad ICTorum Romanorum sententias r
dum est, quarum reliquiae corpore iuris ciuili con
In tam diffusa collectione non eiusdem pretii esse o
quoque fateantur, necesse est, qui nimis alias ius Ro
bus extollunt, nullosque plane in illo naeuos agnoscu
raque, non abnuo, sunt sapientiae plena, non pauca
naturalis aequitatis prudentiaeque ciuili fontibus ha
plurima ex peculiaribus reip. Rom. institutis definita;
raque plana, perspicua, manifesta; sed multa quoque
tenebris inuoluta, dubia, et vel librariorum, qui sa
borum alia traiecerunt, alia plane omiserunt, alia ma



punxerunt, imperita manu, vel interpretum glossematis cor-
 rupta, atque hinc intellectu perquam difficilia, quam ipsam
 difficultatem facilem errori ansam praeberere, haud mirum est.
 Quandoquidem igitur, vti summus ille dicendi magister, in institu-
 tionibus oratoriis ait, quae consultorum responsis explicantur, aut in
 verborum interpretatione sunt posita, aut in recti prauique discrimine;
 immortales sane debentur laudes viris summis, qui leges vel
 obscuras ex clarioribus interpretari, vel mancas et mutilas
 emendare suaegeritati restituere, vel aliis difficultatibus
 laborantes suis illustrare atque ope ac diuina-
 tione arguere et genuinum illarum sensum inda-
 gant. quantumvis laudandum ipsorum stu-
 dium in omnem posteritatem sint meri-
 tum ac tenuerunt, non ita omnem
 horum quoque, ingenio et arte
 reliquerint. Ostendit hoc am-
 plum prodit, spicilegium, in
 interpretibus crucem fixerunt,
 lecturas stricturasque ex-
 am, iisdem subsidiis ad-
 IUSTIVM LABEONEM,
 aleianae conditorem, ad eno-
 mos felicitate usum esse, notium At-
 non minore TE alacritate dexteritate-
 IVAS ac emendationes apud Batauos ex-
 esse, VIR PRAESTANTISSIME, quam in-
 e apparatusque doctrinae ad hanc artis nostrae par-
 ticulariae apud nos elucubraisti, prorsus dubitare nos non
 potest. ut plausus frequentes, quibus excipi solitus es, quoties-
 cunque in Academiis, Halensi, Lipsiensi, et nostra etiam, quas
 omnes eruditionis IVAE testes habes, publice priuatimue
 artem disputandi exercuisti. Neque vero TE scholae duntaxat
 et oblectationi. sed vitae cum primis et publicae utilitati
 in decurrendo studiorum stadio didicisse, et mihi ex caussarum
 in foro controuersarum, quas TIBI pro instituti nostri
 ratione

